

anima viri sui et pro subsidio terre sancte ibidem servirent per annum et civitatem defenderent, qui experti bellatores erant et precipue contra Saracenos. Set peccatis facientibus(?) Aragonenses tunc rebelles erant ecclesie et excommunicati, quia obtinebant Syciliam et principem filium Karoli regis defuncti contra voluntatem domini pape et sancte ecclesie, ideo quod patriarcha, qui ibi erat et domini pape vicarius, non recepit eosdem per dies XV tempore, quo starent et ad serviendum se offerrent. Et illi ultimo vela vertentes sulcantes maria in patriam redierunt regine domine sue se representantes et excusantes et filiis suis regni gubernatoribus. Plurimi vero de templariis et hospitalariis et aliis clericis et religiosis et laicis timentes de civitate liberos et queque pretiosa per naves transmiserunt in oppidis, et sic obsessa civitate per terram a Soldano per menses aliquos, cum duro bello expugnaretur, qui intus erant, viribus defecerunt. Et sic Saraceni intrantes multos sagittis et gladiis occiderunt, et multi de maioribus et minoribus per naves evaserunt clerici et laici christiani, multitudinem vero captivorum hominum et mulierum Saraceni inde educentes et vendentes¹ eos, civitatem destruxerunt et subverterunt usque ad solum, ne de cetero christiani in navigio venientes restituere eam possent et in eorum contrarium restaurare. Consummata fuit istius urbis Achon destructio a nativitate Domini MoCCLXXXV tempore Nicholai pape IIII. et Rodulphi electi imperatoris'.

2. Bei Pressutti, Regesta Honorii III. n. 3500 wird ein Schreiben vom 13. Juli 1221 erwähnt, dessen Inhaltsangabe reizte, den vollen Tenor kennen zu lernen; derselbe ist jedoch im Vaticanischen Archiv (Reg. Honor. III. anno V.—VI., tom. III (vol. XI), fol. 151^v wie in Bibl. Vallic. I, 525 n. 51) nur dürftig². Wir lesen dort nur: 'Pelagio Albanensi episcopo, apostolice sedis legato. Plenam de discretionem tua fiduciam obtinentes nostra, quae tu agis, dum eis auctoritatem impendimus, efficere procuramus. Unde fraternitati tue presentibus innotescat, quod nos ratum et firmum habemus, quicquid super facto Damiate ac ecclesiarum ordinatione civitatis eiusdem du-

1) So dürfte statt 'videntes' der Abschrift zu lesen sein. 2) Wir erfahren aus dem Briefe wie aus dem vom 20. Juni 1221 (Mon. Germ. Epp. I, n. 176), dass Pelagius stets im Einvernehmen mit den Wünschen des Papstes gehandelt hat, also beide, am meisten natürlich ersterer, mit Schuld sind am Unglück von Damiette (Vgl. Winkelmann, Friedrich II. I, 154—157).